Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1046027

Beiheft 2

S 63/64

1271 Okt. 17. [27 63

Biſchof Gerhard von Münſter erneuert das Privileg des Biſchofs Hermann von 1203 für Langenhorſt.

Gerhardus, Dei gracia ecclesie Monasteriensis episcopus, omnibus Christi fidelibus, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, notum esse cupimus, quod dilecte in Christo . . priorissa et conventus in Langenhorst nobis humiliter supplicarunt, quatinus eiusdem monasterii sui privilegium, quod ex temporis vetustate paulatine (!) tandem timent consumi, sicut sepe in talibus custodia et cautela omissa contingit, dignaremus nostris litteris innovare. Nos igitur iustis petencium desideriis facilem prebentes assensum, ipsum privilegium, quod de verbo ad verbum perspectum perlegimus, non cancellatum, non abolitum nec in aliqua parte sui viciatum, innovandum duximus sub pleno eius tenore, qui talis existit „In nomine u. ſ. w.“ folgt Urkunde Wilmans III, Nr. 17 = Regeſt 11. In evidens igitur signum innovacionis, quam de dicto fecimus privilegio, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno Domini millesimo, ducentesimo, septuagesimo primo, XVI Kl. Novembris. 64

Orig. Anfangsbuchſtabe G rot verziert. Siegel an weißen Hanfſchnüren; T. V F. 21 P. 29 Nr. 114. — Kopie im Kopiar I S. 22—24. — Regeſt mit unrichtigem Datum bei Wilmans III, S. 470 Nr. 903.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007